



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs II. Quare fremuerunt Gentes? &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

P S A L M V S A II.

Quare fremuerunt Gentes? &c.

QVis furor exagitat gentes? quæ causa tumultus?
Quo populi frustra meditantes dira minantur,
Conspirantq; simul proceres cum Regibus ipsis,
Interitum optantes Domini summiq; Iehouæ.
Enstruit insidias vnc̄to Regi hostis iniquus,
Euomit & tales blasphemogutturæ voces.
Nos iuuat exosæ disrumpere vincula legis,
De nostroq; iugum semel hoc auertere collo.
Interea Deus ex alto deridet inanes
Conatus horum, spernitq; minantia verba,
Terribilis donec vox intonet illius, ira
Commoti, incipiens stolidos turbare tyrannos
His verbis: Regem statui, soliumq; locauui
Vncto ad sacrati mihi culmina celsa Sionis.
Leges ille meas notas dabit, ille statuta
Decretumq; meum vulgabit talia fando:
Tu mihi tu natus: tu pignus pectoris huius:
Te luce hac genui: patriæ tu mentis imago,
Tu quæcunq; cupis pete, nec patiere repulsam,

Hære-

Hæredi tradam tibi gentes, regnaqz mundi,
Terrarum ut latos habeas, ceu prædia, fines.
Tu caput obtundes reprobo, tu dorsa malorum
Percuties sceptro, vindex: tua ferrea virga
Conteret aduersos tibi, ceu testacea vasæ.
Ergo agite & Reges moniti respiscite tandem,
Et vos qui mundi totius regna tenetis,
Erudienda vni submittite corda Iehouæ,
Mutatisqz animis summum reuerenter amate
Latitia Dominum simul atqz timore colentes.
Oscula submisso date pectore suavia Nato,
Ne noceat: vestris meritis accensus ad iram,
Inqz via reproba correptos, iure malignos
Vos perdat mirisqz modis contundat iniquos,
Nam simul exarsit furor illius, opprimet hostes
Ipse suos pænis affectis tristibus vltor.
Ah miseros Domini qui fulmina tanta meretur.
Ast qui confidunt Domino bisterqz beatos.
Felices quorum fiducia nixæ recumbit,
Spesqz animosa una hac immota rupe salutis.

P S A L M V S III.

Domine quid multiplicati sunt, &c.

Quot